



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Genesii Romani: Ex eo quod est apud R. P. Laur. Surium. Est  
hic Genesius alias ab Arelatensi; quos aliqui imprudenter confundunt.  
Coronatus est anno Dominici Natalis 303. Marcel. Pap. 7. ....

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

exuptoque gladij ictu festinantem ad Deum animam vinculis corporis, quibus tenebatur, abfoluit: & vtraq; substantia propriæ originis elemēta repetente, terrena interim terris membra commendat, & cælestem spiritum emittit ad celum. Prouiderunt tamen fideles temporis illius Dei serui, vt vtramque fluminis ri- pam geminatis vrbibus ambiendam, vnius Rhodani martyris tutela muniret. Nam in ipso beatoe passionis loco, consecrati cruoris vestigia reliquias, in alterum fluuij latus, honoratas reliquias transtulerunt; vt vtrobiisque præsens sanctus Genesius, illic sanguine haberetur, hic corpore.

MARTYRIVM S. GENESII ROMÆ  
iii: Ex eo quod est apud R.P. Laur. Surium. Est  
hic Genesius alias ab Arelatensi: quos aliqui  
imprudenter confundunt. Coronatus est anno  
Dominici Natalis 303. Marcel. Pap. 7. Diocle.  
Imperat. 20.

DIOCLETIANO Imperij gubernacu-  
la tenente, cum per annos quatuor om-  
nes Christianorum ecclesiæ clausæ ser-  
uarentur, fuit Romæ minus quidam, Genesius  
nomine; qui cum reb. scenicis Christianos fre-  
quenter irrideret, vt gratissimum aliquando Im-  
peratori, ceterisque regni primatibus exhiberet  
spectaculum, multam in scrutandis Christia-  
norum mysterijs operam posuit; ac tandem ac-  
curatè instructus, Comœdiam singulari inge-  
nij dexteritate composuit; discipulis partes di-  
stribuit; atque publico in theatro sacra mysteria, exhibet.

Q q magnō

*Gladio per-  
cussus abiit  
ad Dominum.*

*Duae vrbes,  
ad vtramq;  
vnius Rhodani ri-  
martyris tutela muniret.  
Nam in ipso bea-  
toe passionis loco, consecrati cruoris vestigia  
relinquentes, in alterum fluuij latus, hono-  
rata reliquias transtulerunt; vt vtrobiisque  
reliquias, reliquijs ca-  
lubres.*

*Vide 2. Fa-  
mo Annal.  
C. Baron.*

25. Aug.

magnō cum Imperatoris & omnium applaudi  
& cachinnis, ludibundus prodere coepit.

Cumque ægroti instar lecto decumbens, at  
socios diceret, se graui quasi pondere pressum,  
leuem fieri velle, responderunt socij. Itanè nos  
fabros arbitraris, qui te ex graui, runcinale  
uiorem facere possumus? Hæc atque his familia  
illis dicentibus, & populi risum cœcitibus,  
Genesius diuinitus permotus, ait: Vefani, ego  
Christianus mori cupio. Collegis vero causam  
percunctantibus respondit Genesius; Ut in illa  
die ceu fugitius, in Deo inueniar. Ijs auditis,  
Imperator risum tenere non potuit. Illi vero,  
ut constitutum erat, exorcistam & presbyterum  
ironicè representant; quorum ad ingressum  
Genesius non iam simulatè, sed ex animo, se  
aquis lustralibus expiari velle, testatus est: vi  
liber, inquit, à facinorum meorum præcipio,  
in Christi gratia latus exultem. Fit clamor po-  
puli; cursores aduolant; adferuntur munera ab  
Imperatore transmissa. Cum iam autem omnia  
diuinorum mysteriorum secreta completa es-  
sent; Genesius albis induitus vestibus, panemq;  
& dulciaria cereoſque elargiebatur.

Inter ea milites tanquam ab Imperatore  
missi, nouum Christianum ad iudicem ducturi  
accurrunt. Sed ille, dum ad commentitiam &  
simulatam rapitur perpessionem, ad veram fin-  
ceramq; confessionem accedit, atq; adeò ad illū  
festinus contendit locū, ubi expectabat Im-  
perator; ascendoq; pulpite, quod statua Veneris  
cūctis venerabile erat, ita exorsus est; Audi Im-  
perator, vosq; qui adestis sapientes, hodiè dicti  
meis aurem fidemq; accōmodate. Evidem ha-

Etenu

*Simulatio  
vertitur ei  
in rem seria.*

*Diuinitus ei  
bona mens  
prestatur.*

denuo, intolerabili errore implicatus, omni-  
 bus, quibus potui, machinis, Christianum no-  
 men oppugnauī, & execratus sum. Paucis verò  
 ab hinc diebus cùm in perscrutandis eorū my-  
 sterijs multum operæ posuisse, visum fuit, il-  
 lis in publicum proferēdis populo risum mo-  
 uere. At verò simulatq; nudum me in cōspectu  
 vestro aqua illa pfudit, interrogatusq; respō-  
 di: firmiter ea me credere, quæ proponebātur,  
 vidi supra me manum cælitūs porrectam, atq;  
 Angelos Dei ignea radiates facie mihi proprius *Vide admissi-*  
 tantes, flagitiaq; omnia, quæ à primis æta- *randam bas-*  
 tis initij usque in præsens admisissim, è libro *pismi Virtut-*  
 recitantes, dicentesq; : Aqua hæc diluit om-  
 nia, quæ te agnoscis perpetrasse. Cumque vnda  
 baptismatis tinctus essem, simul etiam liber  
 ille perfusus, niue cädidior apparuit; ita vt su-  
 perioris scripturæ nulla prorsus in eo vestigia  
 cernerentur. Iam tu igitur Imperator, vosque  
 alij omnes, quid mihi faciendum sit, decerni-  
 te. Ego enim dum volo vobis terrenis placere  
 Imperatoribus, ad Regis cælestis gratiam per-  
 ueni; dumque hominibus risum facere studio,  
 Angelos lætitia affeci. Nunc igitur ab hac  
 ipsa hora, quemadmodū vos omnes hactenū  
 hisce mysterijs, perindè vt ego, nullam fidem  
 ignorantia seducti adhibuistis: ita iam vñā me-  
 cum credentes, deinceps ea irridere ne veli-  
 tis; quandò ex me cognoscitis, apertum me vi-  
 disse calum, manumque cælitūs mihi impo-  
 stam, ea hora, qua aqua perfundebar; conspe-  
 xisse etiā Angelos peccata omnia prorsus obli-  
 terata cælestē lumen; adhortationesq; audi-  
 sisse angelicas. Quare vos oro atque obtestor,

Q. q. 2      vt im-

*Hortat in*  
*Genesios*  
*Imperatore*  
*& principes*  
*eius, fieri*  
*christianos.*

600 VITA S. LUDOVICI REGIS.

ut impio dæmonum cultu, execrabilique errore relicto, veram salutem amplectamini, vosq; Christo Iesu vnâ mecum sanandos, saluando que committatis.

His à Genesio dictis, Diocletianus immo-  
do furore accensus, iubet oēs eius ludi socios,  
virgis acerrimè cædi, ratus eos Christianam si-  
militer religionem amplexatos esse. At illi  
eo periculo penè exanimati, Christi nomen  
blasphemantes, iniquum esse dixere, sele eva-  
pœnis subdi, qui solus tantum nefas patrasset.  
Tum verò Imperator incredibili in Genesium  
furore percitus, iubet fustes virgasque in Ge-  
nesium, sanguinem eius, ni horrore prohibe-  
tur, bibituras, cōuerti. Altero verò die, eū Plu-  
tiano præfecto, omnibus excarnificadum sup-  
plicijs tradidit; qui beatum martyrem in eco-  
leo suspensum vngūlis lacerari, lampadibū  
aduri, ac tandem in Christi cōfessione inuita  
animi virtute persistente, capite puniri insi-  
sit, Cæsus igitur vir sanctus, è corpore erga-  
lo in cælos letabundus migravit.

VITA S. LUDOVICI, REGIS FRAN-  
CORUM EXIMIJ. Ex ea quæ integrâ fide extat &  
pud V.P. Laurent. Surium. Migravit è corpo-  
re anno Domini 1270. Hic eius nominu-  
fuit nonus: Regum verò Francorum 43. p-  
nitur.

Vide C.BA-  
ron. in Not.  
ad Martyr.  
Roman.

25. Aug.  
Parentes  
cōmisi.

B E A T U S Ludouicus, Francorū Rex pien-  
tissimus, patre Ludouico Christianissimo  
natus, anno ætatis suæ plus minus duode-  
cimo, Rhemis, ab Episcopo Sueffionensi, regi  
in signitus corona & consecratus fuit. Quia  
fuit